


Johann Quistorp

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. & Theologicae  
Facultatis Senior Ad Exequias Quas ... puellae Elisabethae von Thienen/  
moestissimi parentes parabunt, Omnes Academiae Cives ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776828746>

Druck Freier  Zugang




**Quistorp, J.**

in E. v. Thien

**Rostock 1645**
















121.

RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
JOHANNES QVISTOR-  
PIUS, D. & Theologicæ Facul-  
tatis Senior

Ad Exequias

Quas

*Mellitissima puella*

ELISABETHÆ

von Thienen /

*Mæstissimi parentes parabunt,*

Omnes Academiae Cives in  
templo Mariano ad hodiernam  
primam invitāt.



•• (o) ••

ROSTOCKII,

Typo NICOLAI KILII, Academiae Typographi.

Anno MDCILV.

38



UNIVERSITÄT ROSTOCK

PHYSIK

PHYSIKALISCHES INSTITUT

PHYSIKALISCHES INSTITUT  
UNIVERSITÄT ROSTOCK





RECTOR

Academiae Rostochiensis

JOHANNES QVISTORPIUS, D.

& Theol. Facult. Senior.



I quis illa quæ homines a-  
gimus considerat, id maxime ad-  
mirationem meretur, quod,  
quum morti nos obnoxios, & ne  
ad horam ab ejus violentia tutos  
esse sciamus; ita tamen vitam in-  
stituamus, quasi æternum hic victuri essemus.  
Quid hoc lethargia, quæ hæc est humanarum  
mentium stupiditas vel dementia? ita ne male  
memores sumus illius, quod nullo non tempore  
se & mentibus nostris ingerit, & exemplis illo-  
rum qui quotidie ad sepulturam efferuntur, do-  
cemur? mista senum ac juvenum densantur fu-  
nera, nulli hæcenus à morte licuit esse immuni.  
Omnes eodem cogimur, omnes eadem manet  
nox, & calcanda semel via lethi, nullum sæva ca-  
put proserpina fugit. Cadunt senes, cadunt ju-  
venes, inter medias morientium strages versa-  
mur, & an hanc ipsam quam vivimus horam super  
D 2 victu-



ejcturi simus, ignoramus; nec tamen mortales nos esse consideramus. O stuporem omni stupore superiorem? similes sumus gallinis in eodem sterquilinio circumcursantibus; necat earum numero mater familias nunc hanc, nunc illam, ante pedes suas projectam & palpitantem cernunt vivæ, subsiliunt interim & cantillant, quasi nunquam simile fatum essent experituræ: ita & nos terræ, vitæq; terrenæ affixi sumus, nulli hominum generi, nulli ætati mortem parcere cernimus, & numquam vel raro mortalitatis nostræ recordamur, Intueamur puellulam hanc ELISABETHAM von Thienen/ quam infantem admodum & nec dum quadrimam, hodie ad sepulturam efferi videmus: illa nostræ nos mortalitatis admoneat; illa nos, vitam diurnam nobis non spondere posse, doceat: illa, ut nullo non tempore nos morituros esse cogitemus, inculcet. Non licuit huic mortis violentiam effugere, quæ paucos annos inter mortales vixit, & nos qui diutissime inter eosdem, versati sumus, eam declinare posse censemus? falsus es qui id arbitraris, omnibus horis, omnibus momentis mors nobis imminet: ita vivamus, ut morientes vitam hanc caducam cum æterna permutemus. Contigit id defunctæ nostræ,



fræ, quæ vitâ hac non vitâ, quam Anno millesimo sexcentesimo quadragelimo primo, die quarto Martij ingressa est, die decimo quinto mensis Januarij, hujus currentis anni, exivit, & ad vitam verè vitam transivit. O nunc demum felix ELISABETHA, quæ mortalitatis pelagus superasti, & ad portum æternitatis pervenisti. Quid enim aliter de Te nobis affirmare licet? CHRISTO â quo omnis salus & vita, per baptismum inserta fuisti, CHRISTO per omnem vitam adhæsisti, CHRISTUM lecto affixa, quum febris continua symptomatibus variis & vehementioribus stipata tenellum corpus vexaret, semper in ore habuisti, CHRISTUM ad extremum usq; vitæ halitum anhelasti, & ejus nomen ingeminasti. Age feliciter convive illi, cui totum te mancipasti. Parentes tui, Dominus CHRISTIANUS von Thienen / Senator prudentissimus, & Garderut Schmitlers / fœmina pientissima, juxta cum avo DN. JOHANNE Schmitler / templi apud nos Mariani præfecto industrio, & cive primario, quamvis Te sibi quam diutissime convivere optassent, qua tamen sunt pietate, non tibi quietem & gaudia invidébunt æterna.

Recondantur non sine animi delectatione precum tuarum, quas lecto affixa usq; ad mortis



recitasti horam; dum nunc Christum tuū ut suam  
sibi sedem in tenello tuo corpore & anima para-  
ret, compellasti Ach mein Hertzliebes Jesulein/  
mache dir ein rein sanfft Bettlein / zuruben in mei-  
nes Hertzen Schrein / das ich nimmer vergesse dem.  
Nunc Ejusdem te sanguine à peccatis tuis ablu-  
ram esse pronunciaſti. Das Blut Jesu Christi  
des Sohns Gottes macht ons rein von allen vnsern  
Sünden. Recordantur responsi tui quod à mori-  
tura reportarunt. Rogantibus An ad cœlestia  
transire, vel sibi in his terris convivere velles, id  
responsi dedisti, te omne hoc voluntati divinæ  
committere, nec illi, ullo pacto repugnare vel-  
le. Age factum id est, quod Domino vitæ &  
mortis arbitro visum fuit. In hujus volunta-  
te & vos mœstissimi parentes acquiescetis,  
Transtulit filiolum vestram ad vitam melio-  
rem DEUS, conviviit illa avo suo paterno  
DN. CHRISTIANO von Thienen / Senatori  
olim apud nos prudentissimo, convivit Avia  
paternæ MARGARETÆ PAPPEN, & Avia  
maternæ ELISABETHÆ Gusebers / matronis,  
dum hanc viverent vitam, à virtutibus mulie-  
ribus commendatissimis. Conviviit majori-  
bus aliis quæ ipsam ad cœlestia præcesserunt.  
pone illam sequemur quando id placuerit illi, ad  
cujus



cujus nutum & vivimus & morimur ELISABETHULA præcessit, & illam ingressa est vitam. De qua Gregorius in Psalmum 7. poenitentialem prolixè scribit. Quam non obscurant tenebræ, non obumbrat nox, non consummat vetustas: in qua non rutilat lumen solis, aut Lunæ splendor aut stellarmu jubar, ubi lucerna, non quæritur, non lampas accenditur, non lychnus aptatur. Claritas quippe divina eam illuminat, sol clarificat justitiæ, lux vera illustrat lux, inquam, inaccessibilis, quæ non finitur loco, non finitur tempore, non obumbratur tenebris, non variatur nocte: Hoc immenso & indeficiente & lucidissimo lumine Illustrata, Hierusalem sancta, quæ est mater nostra, filios abdicat tenebrarum, cives recipit pacificos, filios videlicet lucis & diei, filios adoptionis, consortes supernæ hæreditatis: nullus in eam ingreditur impius, nullus habitat iniquus, nullus intrat immundus. Muri ejus ex lapidibus construuntur vivis, portæ ejus ex optimis adornantur margaritis, plateæ ejus ex auro purissimo sternuntur, & canticum lætitiæ sine fine in ea cantatur: Ibi est lux sine defectu, gaudium sine gemitu, desiderium sine pœna, amor sine tristitia, satietas sine fastidio, Sospitas sine vitio, vita  
sine




sine morte, salus sine languore: Ibi sancti & hū-  
miles corde, ibi Spiritus & animæ justorum, ibi  
cuncti cœlestis patriæ cives, & beatorum Spiri-  
tuum ordines, regem indecore suo videntes, &  
in gloria virtutis ejus exultantes. Perfecta vi-  
get in omnibus charitas, una omnium lætitia,  
una jucunditas.


Nos Academiae cives, corpusculum terræ  
matri reddendum comitabimur, & eam ob cau-  
sam in templo Mariano ad hodiernam primam  
conveniemus. Idq; ut frequentes omnes facia-  
tis amice hortor & moneo. P. P. Rostochij  
Anno 1645. 19. Januarij.





















cujus nutum & vivimus & n  
THULA præcessit, & illam  
De qua Gregorius in Psal  
lem prolixè scribit. Quar  
tenebræ, non obumbrat no  
vetustas: in qua non rutilat l  
næ splendor aut stellarmu ju  
non quæritur, non lampas  
lychnus aptatur. Claritas d  
illuminat, sol clarificat justit  
lux, inquam, inaccessibilis, c  
co, non finitur tempore, no  
nebris, non variatur nocte:  
indeficiente & lucidissimo l  
Hierusalem sancta, quæ est  
abdicat tenebrarum, cives re  
os videlicet lucis & diei, filio  
sortes supernæ hæreditatis: n  
ditur impius, nullus habitat i  
trat immundus. Muri ejus  
struuntur vivis, portæ ejus ex  
tur margaritis, plateæ ejus e  
sternuntur, & canticum lætiti  
cantatur: Ibi est lux sine defe  
gemitu, desiderium sine pœna  
tia, satietas sine fastidio, Sospit

LISABE  
st vitam.  
enitentia-  
oscurant  
summat  
s, aut Lu-  
ucerna,  
ur, non  
vina eam  
illustrat  
nitur lo-  
ratur te-  
nenso &  
ustrata,  
ra, filios  
cos, fili-  
is, con-  
m ingre-  
llus in-  
us con-  
ornan-  
rissimo  
e in ea  
um sine  
e tristi-  
io, vita  
sine

